Suaue ciet tardos per ſudum luna iuuencos

Ipſa quoqꝫ aethereij melius nitet orbita fratris
Terqꝫ quaterqꝫ manu madidantes nectare crines
Exprimit ⁊ glebas foecundis roribus implet
Uecta meduſaeo titonia praepete coniunx
Alma nouum tellus vultu nitidiſſima germen
Fundit ⁊ omnigenis ornat ſua tempora gemmis
Idalio pudibunda ſinus roſa ſanguine tingit
Nigraqꝫ non vno viola eſt contenta colore
Albet enim rubet ⁊ pallorem ducit amantum
Ut ſunt orta cadunt niue candidiora liguſtra:
Nec longum durant calathos mutata parentis
Lilia. ſed longum ſtant purpurei amaranthi
Hic ſalaminiaci ſcribunt ſua nomina flores
Hic gratū Cereri plenumqꝫ ſopore papauer
Oſcitat hic inhiat ſibimet narciſſus: ad illic
Corycios alit aura crocos notumqꝫ theatris
Aera per tenerum flatu diſpergit odorem
Nec iam flameolae conuiuent lumina caltę.
Nec melilotos abeſt: tyrium ſeges illa ruborem
Induit hic viuo ceſpes ſe iactat in auro
Ne niueos hę cyaneos ſuperare lapillos
Contendunt herbę vernantqꝫ micantia latę
Gramina per tumulos perqꝫ vmbriferas conualles
Perqꝫ amnis taciti ripas adqꝫ omnia rident
Omniaqꝫ luxuriant ⁊ amica luce coruſcant
Parturiunt ſtipulę frugem: ⁊ genitalibus auris
Peruia turgeſcunt lactentibus hordea culmis
Palmes agit rupto lachrymantis cortice gemmas
Seqꝫ rudes primū monſtrant in vitibus vuę
Dulce virent tenerę modo nata cacumina ſyluę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Succreſcuntqꝫ pię pullorum examina matri
Ipſa ſibi ignotas miratur adultera frondes
Arbor ⁊ aſcitis natiuas inſerit vmbras
Auricomę iubare exorto de nubibus adſunt
Horę quę coeli portas: adqꝫ atria ſeruant
Quas ioue plena themis nitido pulcherrima partu
Edidit Ireneqꝫ Diceqꝫ ⁊ mixta parenti
Euuomie carpuntqꝫ recentis pollice foetus
Quas inter ſtygio remeans Proſerpina regno.
Comptior. ad matrem properat. comes alma ſorori
Ut venus ⁊ venerem parui comitantur amores
Floraqꝫ laſciuo parat oſcula grata marito
In medijs reſoluta comas. nudata papillas
Ludit ⁊ alterno terram pede gratia pulſat
Uda choros agitat Nais decurrit Oreas
Monte ſuo linquunt faciles iuga celſa nepeę
Nec latitat ſub fronde Dryas non iubila fauni
Fundere. non iunctis ſatyri clare ſibila cannis
Nec querulę ceſſant tenerum tinnire volucres
Fluctibus alcione denſa philomela ſub vmbra
Canus olor ripis tecto vaga plorat hirundo
Lene ſuſurrat apis. plenoqꝫ ſaporibus alueo
Candida multiforę ſolidat fundamina caerę
Colludunt per prata greges adqꝫ omne beato
Flagrat amore nemus iuuenem laſciua maritum
Fert equa. fert ergo ſalientem bucula taurum
Setigereqꝫ ſubant matres decertat amator
Fronte aries. auidos olidum pecus accipit ircos
Spectant inuiſi baculis gaudentqꝫ magiſtri
Inde vbi pregnantes partu lucina recenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Soluit exequet numero foetura parentes
Ipſe rudem nec adhuc veſtigia certa prementem
Fert ſobolem gremio. ſed ouem gracilemue capellam
Emerſas humero ſubit. atq3 in ſtramine molli
Componit ſenſim paſtor. ſtabuloq3 recumbit
Mox vt conualuere rubros hęc rupibus altis
Illa recens campo gramen decerpit aprico
Aut dulcis gelido delibant amne liquores
Et ſua concluſis ne deſint pocula natis
Atq3 fluat plenis diues mulſura papillis
Subrumi expectant ędiq3 agniq3 petulci
Corrnigeraſq3 vocant tremulo clamore parentis
Bruta gregem plenum denſis alit vberibus ſus
Exporrecta ſolo. et grinnitu allector amico
Fellantis turpiq3 luto ſe inmunda volutat
Radices eadem colloſa auidiſſima roſtro
Eruit, et bulbum aut madida ſepulte ſaginat
Flet vitulum męſta abſentem mugitibus altis
Mater et immenſam raucis miſeranda querelis
Siluam implet. boat omne nemus valleſq3 lacuſq3
Illa nigros late lucos. ſaltuſq3 peragrat
Crebra gemens. crebra ad montem ſtabulumq3 reuiſit
Tabeſcens deſiderio. non vlla dolorem
Pabula nec ſalicum frondes. nec gramina rore
Sparſa leuant. non quę viridi vaga flumina ripa
Perſpicuam tenui deducunt murmure lympham
Prata tener perſultat equus/libatq3 volucri
Aequora ſumma fuga. aut alti ſubit aſpera mõtis
In iugum ſaxoſumq3 amnem pede plaudit inermi
Cui pulchro micat atre caput. luduntq3 decorę

Fronte comę vibrant aures abq; orbe nigranti
Pręgrandes extant oculi tum ſpiritus amplis
Naribus ⁊ feruens ſtat ceruix ardua qualem
Prefert marmaricis metuenda leonibus ales
Ales quę vigili lucem vocat ore morantem
Creſcunt ſpiſſa toris lateq; animoſa pateſcunt
Pectora. conſurguntq; humeri. ⁊ iam ſeſſile tergũ eſt
Spinaq; depreſſos gemino ſubit ordine lumbos
Et caſtigatum cohibent craſſa ilia ventrem
Fundunt ſe laetae clunes ſubcriſpaq; denſis
Cauda riget ſetis. ⁊ luxuriantia crebrae
Velant colla iubae ac dextra ceruice vagantur
Tum tereti ſubſtricta genu molliſſima flectit
Crura ferox. celſum ingrediẽs. fremituq; ſuꝑbit
Grande ſonat tornata cauo breuis vngula cornu
Ingenti referens corybantia cymbala pulſu
O dulces paſtoris opes. o quanta beatum
Quã tenet hunc tranquilla quies: vt pectore toto
Leticiã totaq; fouet bona gaudia mente:
Nempe odij fraudumq; expers exemptus inani
Ambitione. vacans metuq;. ſpe liber. ⁊ inſons
Natiuo cultu. ⁊ gaza prędiues agreſti
Ipſe ſibi viuit nullo ſub teſte. ſuoq;
Pendet ab arbitrio. ſuus ipſe eſt cenſor. ⁊ alto
Calcat opes animo. ac regum deridet honores
Si non tenareis illi ſtant fulta columnis
Robora coelatumq; alte laquearia ſubter
Ridet ebur. poſtemue ſilex aſaroticus ornat
Nec mauruſiacos pulchre teſtudinis orbis
Delphica ſuſtentat. nec docto trita Myroni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Pocula multiplici florent radiantia gemma
Aut bis in herculea milleſia vellera concha
Verſantur tenuiqꝫ ſatur lanugine bombix
Luteolos follis. pręcioſaqꝫ fila relinquit
Textile nec tenero ſubtegmīe fulgurat aurum
Spirantis referens vultus que pergamos olim
Artifici deſcripſit acu. quę ſtamina Memphis
Que tyros ⁊ babylon radio pinxere ſonanti
At iacet in molli proiectus ceſpite membra
Qua cauus exeſum pumex teſtudinat antrum
Qua ue ſuſurranti crinem dat aquatica vento
Arbor. ⁊ aut calamos. aut fixa haſtilia iungit
Cortice: ſtatqꝫ leui caſa frondea niſa tigillo
Quā metuant intrare pauor. curęqꝫ ſequaces
Sub qua iucundos tranquillo pectore ſenſus
Nutrit inabruptoqꝫ fouet ſua corpora ſomno
Siluarum: ⁊ pecoris dn̄s. ſtant ſedula circum
Turba canes. audaxqꝫ lacon. acerqꝫ moloſſus
Dant ignē extritum ſilices. dant flumina nectar
Hauſta manu. dat ager cererem. nō caſeus. aut lac
Lucorumve dapes abſunt. ſtat rupibus ilex
Mella ferens trunco. plenoqꝫ cacumine glandem
Illi ſunt animo rupes frondoſaqꝫ teſqua
Et ſpecus ⁊ gelidi fontes ⁊ roſidaqꝫ tempe
Valleſqꝫ zephyriqꝫ. ⁊ carmina denſa volucrum
Et nymphe ⁊ fauni ⁊ capri pedes ſatyriſci
Panqꝫ rubens. ⁊ fronte cupreſſifera ſyluanus
Sileniqꝫ ſenes. ſubdiualleſqꝫ ithyphalli
Et montana pales. ⁊ quo paſtore pheraei
Gaudebant campi ⁊ crinem reſoluta mimallon

Et qui cornigera bicolores fronte corymbos.
Pampineamqꝫ manu tenera quatit Euius haſtam
Semper amor ſemper cantus. ⁊ fiſtula cordi eſt
Semper odorati. veneriſqꝫ ſtipendia flores
Uitarumqꝫ altrix vrbi male nota voluptas
Talibus in ſtudijs paſtor molle exigit ęuum
Poſt vbi rauciſonę pinna vibrante cicadę
Increpuere. ardenſqꝫ metentibus ingruit aeſtus
Pauliſper tum ceſſat opus. ſaxiqꝫ ſub vmbra
Proſtrati indulgent genio. non mollia pleno.
Deſunt vina cado: non lacti mixta polenta
Aut pinguis tergum vitulę placiduſqꝫ ſonorę
Lapſus aquę. crinemqꝫ aurę frontemqꝫ laceſſunt
Inde opus integrant: donec ſub nocte coruſcent
Flammigero paruę ſtellantes clune volucres
Ecce autem dulces labris pater. ingerit vuas
Autumnus crebręqꝫ eliſus verberę plantę
It per pręla latex pueriqꝫ examine denſo
Exultant laſciua cohors circumqꝫ ſupraqꝫ
Ille manu panda pronus bibit. alter ab ipſo
Sugit muſta lacu crepitantibus hauſta labellis
Hic ſua ſuſpenſum reſupinus in ora racemum
Exprimit. hic ſocij patulos irrorat hiatus
Irriguumqꝫ mero ſordet mentumqꝫ. ſinuſqꝫ
Ebriaqꝫ incertis titubant veſtigia plantis
Poſtq̄ acris ſucceſſit hyems. ⁊ pendula tectis
Diriguit glacies. larga ſtrue tollitur alte
Colluceṫqꝫ focus. coeunt vicinia ſimplex
Una omnes: iuueneſqꝫ probi. materqꝫ ſeuera
Coniuge cum duro. ⁊ pueris ⁊ virgine grandi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Conuigilantq; hilares. ⁊ prime tempora noctis
Decerpunt. molli curas abigente lyeo.
Mutuaq; inter ſe ludunt. tum tibia folle
Laſciuum ſonat inſlato. tum carmina cantant
Carmina certatim cantant. tum tenta recuſſo
Tympona ſupplodunt baculo. ⁊ caua cibala pulſant
Et leti ſaltant. ⁊ tundunt eribus era
Et graue conſpirat cornu tuba flexilis vnco
Conclamantq; altum vnanimes tolluntq; cachinos
Porro autem quanta eſt differte copia ville
Quamq; penu diues. neq; enim vel frugibus ornis
Horrea ſufficiunt. vel adoro dolia muſto
Teſtaq; palladijs iam non vacat vlla trapetis
Terga ſuis pendent fumoſo ſordida tigno
Pertica penſilibus oneratur longa racemis
Non vue arentes. non pruna ⁊ carica deſunt
Sorbaq; cum ceraſis. duroq; putamine clauſa
Perſica nux. regumq; altas imitata coronas
Meſpila. cumq; piris miſerorum munus amantum
Iam laxum in rugas malum decocta que ahenis
Defruta. ⁊ omphacinus liquor ⁊ lachrymoſa ſinapis
Et meditata nouos ſicyonia bacca ſapores
Tum ſapa mel que recens. edulcatique ſupini
Et prune increpitans balanus contextaq; que cānis
Fiſcina lacte madens. ⁊ durati ſale fungi
Annonam facilem vicinus ſuggerit hortus
Murmur apricantes niuea dant turre columbi
Expandunt alas. ⁊ amicam blanda rogantes
Oſcula circumeunt. inſertantq; oribus ora.
Iam vicibus nido incubitant genitrixq;. paterq;

Iamq; oua excudūt. natiſq; implumibus eſcam
Cōmanſam alternant. roſtellaq; hiantia complent
Adde gregem cortis. criſtarumq; volucrum
Induperatores. laterum qui ſidera pulſu
Explaudunt vigiliq; citant titana canore
Et regnum ſibi marte parant quippe obuia roſtris
Roſtra ferunt. crebriſq; acuunt aſſultibus iras
Ignoſcunt animis. ⁊ calcem calce repulſant
Infeſto aduerſumq; aff ligunt pectore pectus
Victor ouans cantu palmam teſtatur. ⁊ hoſti
Inſultans victo. pauidum pede calcat iniquo
Ille ſilet. latebraſq; petit. dominumq; ſuperbum
Ferre gemit. comes it merito plebs cetera regi
Formoſo regi. cui vertice purpurat alto
Faſtigatus apex dulciq; errore coruſcę
Splendeſcunt ceruice iubae. perq; aurea colla
Perq; humeros it pulcher honos. palea āpla decēte
Albicat ex rutilo. adq; toroſa in pectora pendet
Barbarum in morem. ſtat ad vnca cuſpide roſtrum
Exiguum ſpacij roſtrum flagrantq; tremendum
Raui oculi. mueaſq; caput late explicat auris
Crura pilis hirſuta rigent iūctura q; nodo
Vix diſtante ſedet durus veſtigia mucro
Armat. in immenſum pinnaeq; hirtiq; lacerti
Protenti excurrunt dupliciq; horrentia vallo
Falcatę ad cęlum tolluntur acumina caudę
Ipſe ſalax totam foecundo ſemine gentem
Implet ⁊ oblongo nunc terram ſcalpurit vngui
Rimaturq; cibos. nunc edita nubila viſu
Explorat cauto. non illum ſquamea tuto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Aggreditur ſerpens. non raptor ab ęthere miluus
Vocibus interea crebrum ſingultat acutis
Parturiens coniunx. quę ſcilicet oua. ſubinde
Tollit anus. ſignatqꝫ dies. vigilemqꝫ lucernā
Conſulit. ⁊ lunę creſcentis tempora ſeruans
Vt primum gallina glocit numero impare ſubdit
Verſatiſqꝫ diu. ſolers auſcultat: an intus
Pipiat niuolucer pullus tenerumqꝫ putamen
Pertuderit molli roſtro. adqꝫ erumpere tentat
Parte alia bifero plumoſam corpore meſſem
Nutrit ⁊ incraſſa ſatur vriuare lacuna
Anſer auet. ſtagnumqꝫ ſuper pede remigat vdo
Depictę ceruicis anas prolemqꝫ notatum
Inuitans nunc extat aquis. nunc mergitur altę
Erigit explicitę gemmata volumina caudę.
Ambicioſus amans. ab ficu. ⁊ polline gliſcit
Pellaci cantu deceptus ab aucupe turdus
Incidit murilo turtur. ſeſeqꝫ ſaginans
Rauca gemit. dulceſqꝫ miſer ſuſpirat amores
Flet viduus perdix queritur peregrina cothurnix
Incluſi caueis. hic cęca cuniculus antra
Excauat. hic ſepto pregnans lepus errat maniplo
Capreoliqꝫ hinniliqꝫ. ⁊ aduncis dentibus apri
Hac ſtertunt glires. hac foemina foetat echinus
Dędala ſomniferos peragunt examina bombos.
Plenaqꝫ captiuos ſeruant viuaria piſces
Scilicet his opibus placide ſua corpora curant
Dulciaqꝫ inter ſe laeti tellure magiſtra
Officia exercent vt quę neqꝫ ferre recuſet
Imperium. neqꝫ non grandi mercede rependat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Si qua laborifero debentur farra colono.
Ille autem ⁊ volucri petit ardua ſidera mente
Scrutaturqꝫ ſagax. que ſit ſententia diuum
Quid quęqꝫ emergens. latitanſue orienſue. cadenſue
Stella paret. quid quadruplici celer afferat annus
Cardine quę ſulcis. quę ſint ſtata tempora meſſi
Quicqꝫ pecus vehat olenium. qua grandine collis
Trux nepa dilapidet quo turbine ſurgat orion
Quos glomerent ibris. aut preſſus Arione delphin
Aut pleas arcturuſqꝫ ſenex Hyadeſqꝫ puellę
Unde bibant herbę. diuini pocula lactis
Cur rubigo ſatis. vredoqꝫ vitibus obſit
Quid nebulas abigat tempeſtateſqꝫ repellat
Quod vento ingenium· que nubes cauſa ſerenet
Quid ſilens. moneat quidqꝫ inter menſtrua phoebe
Vel cum plena meat. vel cum decreſcere rurſum
Incipit. ille etiam numeros legeſqꝫ dierum
Prouidus obſeruat: ſcit enim quid ſeptima portet.
In qua naſcentem excepit bona delia fratrem
Scit quoqꝫ poſt decimā quid prima. quid altera luces
Iniungant operum. quo circa aut vellera lanę
Demetit. aut grauido maturas mergite ariſtas
Aut telam locat vxoris. nam pendula in ortu
Poſteriore ſuos etiam net arenea caſſes
Que ſequitur bona virgultis inimica ſerendis
Frugibus ergo cauet. quid obeſt: quidqꝫ expedit vrget
Nouit. n. quota cōnubijs. quota partribus obſtet
Aſpiret ve dies. quota pinguē emaſculet aedum
Sextaqꝫ circundet pecori. quota iungat amātis
Et clandeſtinos iubeat miſcere ſuſurros

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Qua ponat canis hirritum. maleſuadaqꝫ pectus.
Cura nimis laceret. qua triſtis oberret Erinnys
Nocte magis. ſecat ille ſuo ſibi tempore lignum
Dolia deguſtat. ſubigit iuga ferre iuuencum
De flabris quoqꝫ de pluuia. dulciqꝫ ſereno
Aut lunę occaſus. aut idem conſulit ortus
Tractat opus ſi pura: micet ſin atra recedat
Aut quinto directa die. aut medio orbe retuſa
Nec gracili cornu aut triplici ſit culta corona
Tecta ſubit metuens hyemis ſi rubra coruſcet
Tum vero expectat ventos. nec fallit eundem
Quo boream cornu. quo cynthia prouocet auſtrum
Conſulit ⁊ phoebi flammas. an grandinis augur
Palleat. an radijs monſtret diſcordibus imbrem
An pre ſe exoriens nubis agat. an niger orbem
Circulus extremū claudens. qua rumpitur acres
Carceris acolij moneat conſurgere flatus
Adnotat. ⁊ cęli faciem. num ſtella ſereno
Aethere lapſa cadat. rapidi pręnuncia cauri.
Conſcia num ſubita ſemet caligine obumbrent
Aſtra: trahantqꝫ hyemem gemino thamnātias arcu
Quid ferat aut curto cum vix ſecat aera giro
Et poene vnicolor taurina fronte minatur
Nunc pręſepe oculis. nunc bacchi ſpectat aſellos.
Quiqꝫ noton cernit. quiqꝫ eſt obuerſus ad arcton
Fulgores tonitrus: inſperſaqꝫ vellera coelo.
Brumalemqꝫ diem ⁊ totum ſemel aſpicit annum.
Nec non ⁊ nautis ruiturum in carbaſa nymbum
Augurat. vndiſonum ſi fors mare ſurrigit aegon
Canaqꝫ conſpergit ſale ſaxa ⁊ littora frangit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Tunc ⁊ triſtifico roboant montana fragore
Et repetunt ſiccum mergi. adq; ex aequore clamāt
Ipſa volans ſublime auras. aethramq; laceſſit
Ardea colludunt fulicę plaudunt q; gregatę
Ad laſciua lacus alis pręſtringit hirundo
Et ſummas prope radit aquas. ranęq; coaxant
Fuſca gradu cornix lento metitur harenas
Aut fluuium capite ⁊ madida ceruice receptat
Crocituq; graui pluuiam increpat vſq; morantem
Clangunt naupliade volucres. ⁊ peruia pinnis
Nubila conſcribunt incertus in aequore delphin
Deflat aquas latrant corui. vocemq; reſorbent
Progerit oua cauis patiens formica laborum
Blanda canis terram pedibus ſcabit. ore lapillos
Tardigradus pendit cancer ſeſeq; ſaburrat.
Atq; heret ripe densum occinit improbulus Mus
Straminaq; exculcat quin centipedes ſcolopendrę
Parietibus reptant. aures pigra motat aſella
Dependet bullę lychno. ſitienſq; cruoris
Muſca redit. ſummoſq; probo ſcide modicat artus
Nec longe a tectis apis ingenioſa recedit
Prunaq; concretuſq; ima cinis hęret in olla
Carboq; pollucet. neq; non pręnunciat euros
Pluma natans folium ve errans pappiq; volantes
Flammameq; cum flectit. cum ſeſe elidit. ⁊ ipſis
Vix ſedet in ſtuppis. ſcintillamq; excutit vdam
Vos quoq; paſtores ventos horretis. ⁊ imbres
Cum temere excurſans pecus ampla in paſcua fertur
Cumq; alacres ludunt agni calciſq; proteruos
Subſultim incutiunt inter ſe ⁊ cornibus hęrent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Aut cum ſe e paſtu vi. vix. egreq́ʒ reuellunt
Cumq́ʒ boues liquidi ſuſpectant lumina coeli
Olfactantq́ʒ auras. ⁊ ſuccos naribus vdos.
Crebra trahunt. dextrumq́ʒ latus conſternere gaudēt
Aut lingunt aduerſa pilos aut veſpere ſero
Mugitu ingenti redeunt caulaſq́ʒ fatigant
Cum ſibi non factos ſus diſſipat ore maniplos
Cumq́ʒ antro lupus exululat cumq́ʒ improbus idem
Nec metuens hominum p ropius conſiſtit. ⁊ offert
Se mendicanti ſimilem. ac loca culta pererrat
Ergo in conſilium maria aduocat. ęthera terras
Naturamq́ʒ omnem. viuitq́ʒ auctoribus aſtris
Cura deum agricola. adq́ʒ animo pręſcita recenſet
Et rerum euentus ſenſu pręſagit acuto
Hanc o coelicolę magni concedite vitam
Sic mihi delicias ſic blandimenta laborum
Sic faciles date ſemper opes hanc improba ſunto
Uota tenus nunquā certe. nunq́ʒ illa precabor
Splendeat vt rutilo frons inuidioſa galero
Ter geminaq́ʒ grauis ſurgat mihi mitra corona
Talia feſuleo lentus meditabor in antro
Rure ſub vrbano medicum. qua mons ſacer vrbem
Meoniam. longiq́ʒ volumina deſpicit ar ui
Qua bonus hoſpitium felix placidamq́ʒ quietem
Indulget laurens· laurens haud vltima phoebi
Gloria. iactatis laurens fida ancora muſis
Qui ſi certa magis permiſerit ocia nobis
Afflabor maiore deo. nec iam ardua tantum
Silua meas voces montanaq́ʒ ſaxa loquentur
Sed tu (ſi qua fides) tu noſtrum forſitan olim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

O mea blanda altrix non aſpernabere carmen
Quamuis magnorum genetrix florentia vatum.
Doctaqꝫ me triplici recinet facundia lingua.

¶ Finis

¶ Angelus Politianus Laurentio Medici Petri Franciſci F. S. D.

Rogis tu quidem me Laurenti carmen edere inconditum: inemēdatum. ⁊ quod in publico ſemel pronunciatum: nimis fuiſſe impudens viſum ſit Satis profecto fuerat vixiſſe vnum diem quod tam foret imperfectum animal ac poſſe etiā Inter inſecta illa. quę vocētur Ephemera connumerari Namqꝫ ego id ad preſentem dumtaxat celebritatē quaſi adonidos hortum concinnaueram prorogare tu noſtre Mantus (ita. n. inſcribimus) non tam vitam cupis quā dedecus: ferreus ſim ſi tibi quid denegem tam nobili adoleſcenti tam probo tam mei amanti: tanto deniqꝫ eam rem ſtudio efflagitanti: Quare habe tibi quicquid hoc libelli. ac tu quoqꝫ deſiderio nr̄o aliquando ſubueni: ⁊ quę tibi muſe amatoria carmīa ṽnaculę ſuggerūt ne patere quęſo a nobis expectare diutius Vale florentię. iiij. nonas Nouembris: M. cccc. lxxxij.

¶ Angeli Politiani Silua in bucolicon Vergilij enarratione ꝓnunciata Cui titulus Mãto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

EſSt dea quę vacuo ſublimis in aere pendens
It nimbo ſuccinctę latus. ſed candida pallan
Sed radiata comã. ac ſtridẽtib⁹ inſonat alis
Hęc ſpes in modicas. pręmit hęc infeſta ſuperbis.
Imminet huic celſas hominum contundere mentes
Succeſſuſqꝫ datum. ⁊ nimios turbare paratus
Quam veteres Nemeſim genitam de nocte ſilenti:
Oceano dixere patri Stant ſidera fronti
Frena manu pateramqꝫ gerit ſemperqꝫ ferendum
Ridet. ⁊ inſanis obſtat contraria coeptis
Improba vota domans. ac ſummis ima reuoluens
Miſcet. ⁊ alterna noſtros vice temperat actus
Atqꝫ huc atqꝫ illuc ventorum turbine fertur
Uiderat hec domitis tumidam te gręcia perſis
Signa quoqꝫ eorum victricia ferre ſub orbem
Uiderat. ⁊ cantu Aonio: Eloquijſqꝫ ſuperbam
Ira altum: magnumqꝫ loqui: Celoqꝫ ſupinum
Inſertare caput: nec dijs te ferre minorem
Mox faſtus exoſa grauis. Ceruice coegit
Ferre iugum. ⁊ latijs ſuperatam ſubdidit armis
Nec fandi permanſit honos: Tu namqꝫ potenti
Protinus ore tonans. ardentis fulmine linguę
Cuncta quatis Cicero pylię non mella ſenectę
Nec iam dulichias audet conferre procellas
Sponte tibi virides tranſcribens gręcia palmas
Se tamen aonię ſolatur fronde coronę
Deerat adhuc latio vatum decus: horrida quanqꝫ
Bella. turbaſqꝫ rudi cantauerat Ennius arte
Editus ecce maro: quo non felicior alter:
Seu ſiluas: ſeu rura canit. ſiue arma virumqꝫ:

Namq; Syracoſus cum vix aſſurgat auenis.
Heſiodum premit. ⁊ magno contendit Homero.
Ergo age quis centum mihi nunc in carmina linguas.
Immenſumq; loqui. vocemq; effundere ahenam
Quis mihi dat ſiculas latio clangore ſorores
Poſt geticam ſuperare chelyn. dum te optime vatum
Imbellis pietas audaci promere cantu
Audet. Athlanteaſq; humeris fulcire columnas
Unde ego tantarum repetam primordia laudum
Aut qua fine ſequar. facit ingens copia rerum
Incertum. ſic frondifera lignator in Ida
Stat dubius vaſtę quę primum robora ſiluę
Vulneret: hinc patulam procero ſtipite phagum
Hic videt annoſam ſua pandere brachia quercum
Illic ſuccinctas caput exartare cupreſſos
Metiturq; oculis phrygię nemora alta parentis
Te naſcente maro Parnaſie culmine ſummo
Affuit aonias inter feſtina ſorores
Calliope. blandiſq; exceptum ſubſtulit vlnis
Permulſitq; manu quatiens. terq; oſcula iunxit.
Omnia ter cecinit: ter lauro tempora cinxit.
Mox alię dant queq; tuis munuſcula cunis
Certatim. dant plectra: lyram. pellemq;. pedumq;
Dant ⁊ multiforā modulanda ad carmina Loton
Et decreſcenti compactas ordine auenas
Dant pandionias volucres. ter murmure placāt
Liuentis oculos. ter frontem baccare tangunt.
Venit ⁊ Helyſio venturi pręſcia manto.
Manto. quę iuuenē fluuio conceperat Ocnum
Ocnum. qui matris dederat tibi Mantua nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Venit ⁊ horrentes quatiens victaqꝫ:comaſqꝫ
Sanguineamqꝫ rotans aciem:ſic ora reſoluit
Plena deo:⁊ veras excuſſit pectore voces
Dicebam memini:memini tibi mantua quondam
Surge bonis auibus fundata:⁊ fulmine leuo.
Surge.paremqꝫ aſtris contende educere molem:
Pyramidum ſupra ſumptus.pro quanta manet te
Gloria.quam longum ſenibus celebrare ſeculis
Naſcetur video ſupera tibi miſſus ab arce
Sydereus vates.alti cui numinis hauſtum
Mens coelo cognata ferat:quę grande ſonantem
Non linus Inachides tantū.atqꝫ Aegrius Orpheus
Aut mea qui tyrio conſtruxit menia plectro
Sed vos o muſę.ſed tu mireris Apollo
Et nunc ecce puer tranquillę ad limina lucis
Ille diu promiſſus adeſt.vitamqꝫ ſalutans
Has teneris iam nunc mulcet vagitibus auras
Euge beate puer ſanguis meus:horreat ortus
Gręcia tota tuos:laurumqꝫ habitura ſecundam
Aſcra Arethuſa ſuis metuant ⁊ Smyrna coronis.
Incipe adhuc gracili connectere carmina filo.
Incipe magne puer:nec vota intexere diris
Impia:nec culici gemitum pręſtare merenti.
Nec te lampſaciū pudeat luſiſſe Ithypallum
Blandaqꝫ laſciuis epigrāmata pingere chartis
Ac ſmonidas refer:⁊ Brontem.Volcaniaqꝫ antra:
Igniuomoſqꝫ apices montis:raucoqꝫ trementem
Murmure thrinacriam:quotiēs per nubila flammas
Eructat:tentatqꝫ latus verſare Typhoeus
Dic Scyllam ſubitis miſeram quę ſe induit alis.

C iii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Scyllam quę nimio flagrans minois amore
Ach potuit rigido genitorem inuadere ferro
Crudelis. potuit cano ſpoliare capillo:
Crudelis: ſed quis duro contendit amori.
Crudelis ſed culpa tua eſt: tua culpa cupido
Atqꝫ hęc prima noui fuerint elementa poetę:
Hęc. fuerint timide preludia prima iuuentę
Jam vatem: iam roma vocas: iam ſęua receſſit
Paupertas: pręſtatqꝫ piis grata ocia muſis.
Thuſcus eques. noſco hunc atauis quem regib⁹ ortus
Diſtinctū iuuenem. cerno ⁊ te maxime princeps
Purpureos inter proceres. ſanctumqꝫ ſenatum:
Pendentem ſtare ad numeros. atqꝫ ora tenentem
Tu tamen o miſere nimium vicina Cremonę
Quid fles amiſſum: quid fles mea mantua campum
Paſcentem niueos herboſi flumīe cycnos
Nonne vides ingrata tuis quę pręmia damnis
Accumulent ſuperi. ⁊ ſolatia quanta rependant
Ipſa en Roma tuo ſeſe quoqꝫ iactat alumno
Jamqꝫ phalanthei reſonant pineta Galeſi
Tityre te vacuo meditantem murmur in antro
Jamqꝫ tuā dociles recinunt Amarillida ſiluę
Nigra dum raucum tremulis euibrat ab alis
Carmen: ⁊ epoto canit ebria rore Cicada
Montibus abſolis formoſum iactat Alexin
Vocalis corydon. ⁊ Alexin reddit imago
Ecce autem imparibus dum ſibila flectit auenis
Impubis paſtor. faciles dum ludit amores
Aureolo petit hunc malo: laſciuaqꝫ currit
Ad ſalices nymphę furtiuo prodita riſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Sed maiora vocant: nunc. o nunc omnis adeſto
Impius. ⁊ caſti linguiſq; animiſq; fauento
Stelligero deus ille: deus ſe fundit ab axe
Aeterni mens certa patris: quiq; omnia nutu
Torbuet idumeę ſe virginis inſerit aluo
Aurea ſparſurus rediuiuo ſecula mundo
Tu tamen ante alios felix mea vera propago
Cui licitum in ſiluis. inter coryleta iacenti
Rimari quid fata parent: quid pulchra minentur
Sydera: quiq; mihi diuini pectoris heres
Enthea cumeis incingas tempora victis
Verum age iam gelidoſq; tegant vmbracula fontis
Et folijs cumuletur humus: denſiq; maniplis
Inſpirent flores: vacuoq; inciſa ſepulchro
Candida formoſum teſtetur littera daphnin
Daphnin. ad aſtra vocet tenero caua fiſtula cantu
Ebrius interea noſtri nutritor iacchi
Silenus molli dormit reſupinus in antro
Ebrius: ⁊ nimio venas tumefactus alumno
Securum pueri audaces: atq; improba Nais
Inuadunt furtim: deq; ipſis vincla coronis
Quę ſenis emutilo modo vertice defluxerunt
Inijciunt alacres: promiſſaq; carmina poſcunt
Carmina cum ſiluis totos mulcentia montis
Iamq; tuis Minci glauca ſub harundine ripis
Vincitur alterno Corydonis carmine thyrſis
Iam repetit querulam Damonis tibia muſam
Damonis muſam ſcopuli: pinuſq; loquuntur
Sed quid io tam dulce tibi eſt Galatea ſub vndis
Quam formoſa vocet ne quicquam ad littora cyclops

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Infoelix cyclops. ſed enim infelicior illo
Gallus amat: queriturq; ſuam procul eſſe lycorin
Gallus: quem rigidę fleuere in montibus orni
Cuius amorem omnes nequeunt mutare labores
Gallus. quem fruſtra verbis ſolatus Apollo eſt
Hec ſat erit ſimas inter ceciniſſe capellas.
Paſtorem: tu victricem fer Mantua palmam
Ecce lacertoſi querunt noua turba coloni
Quo ſegetes veniant campo. quo ſidere tellus
Vertatur: quod ſit facilis: quo tempus aratri
Egredere o ſiluis iuuenis: curruq; leuatus
Triptolemi latios foecunda meſſibus agros
Nec coelebs iam palmes agat: ſed reptet ad vlmum
Ebrius ac dulci rubeat noua nupta marito:
Et pater autumnus medio conſurgat ab aruo
Pomiferum viridi caput alte vmbratus amictu:
Atq; acheloe tuum teneat graue dextera cornu
Stetq; cathenatas ſuadens nudare paleſtras
Palladis ampla arbos bicoloribus horrida baccis:
Frondibus ⁊ verſis longum diſcriminet annum.
Iam lętos inter ſaltus: frondoſaq; teſqua
Hinc vitulus primo: cui frons protuberet ęuo
Mugitu tenero matrem vocet: inde per herbas
Candida laſciuo diſcurrat bucula ſaltu
At quibus aſſurgunt pleno iam cornua giro
Inter ſe aduerſo decertent pectore amantes
Dum rudis exultim florentis in ęquore campi
Audit equus: volucreſq; fuga pręuertere ventos.
Aut tranare amnis: aut curſu euincere montem
Geſtit: olimpiace rapturus dona coronę.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Lanigerumqꝫ pecus primo propellat eoo
De ſtabulis paſtor. dum pratis roſcida lucent
Gramina: dum teretes perflexa cacumina gutte
Colludunt. ipſe herentes vix rupibus altis.
Aſpera Cinyphie carpant dumeta capelle
Tum glomerata cauo fundant ſe examina ſaxo
Alla ntemqꝫ roſam. ꝛ tenerorum germina florum
Taurigene populentur aues: plenoqꝫ recurrant
Poplite: iam lentum teneat fundamina gluten
Jam portas: arcemqꝫ ꝛ propugnacula condant
Ceraqꝫ nectareas ducat ſexangula cellas.
Aut natos: aut mella legant: fucoſqꝫ repellant
Turpe pecus. iamqꝫ accincte ciuilibus armis
Expediantqꝫ manus roſtris. ꝛ ſpicula vibrent
Nocturnoqꝫ ſonent muſſantia caſtra ſuſurro
At tu que tellus eſtuqꝫ. geluqꝫ laboras:
Cui ſacer hibernos helycon intercipit ortus
Ne ceſſa acceptam noſtre ſubmittere laurum
Nec iã ſupmi certẽt de ſanguĩe vatis (gos Athene
Smyrna. Rhodos Colophon Salamis Chios Ar-
Quippe bianoreã manet hec victoria gentẽ.
Namqꝫ meus timido qui rura. ꝛ paſcua verſu
Hactenus excoluit. ſtimulis tandem acribus actus.
Dediſcetqꝫ metum: validaſqꝫ in pectora vires
Contrahet. attonitoqꝫ canet fera pectine bella.
Qualis adhuc breuibus que vix bene fidere pinnis.
Coepit auis: matrem primo: nidoſqꝫ loquaces
Circumit ꝛ crebrum patula ſuper arbore ſidit
Colligit inde animos ſenſim. ꝛ vicina volatu
Stagna legit: terraſqꝫ capit. captaſqꝫ relinquit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Laſciuitqꝫ fuga : tandem ⁊ ſublimia tranat
Nubila : ⁊ iratis audens ſecredere ventis
In ſpacia excurrit . iuſtiſqꝫ eremigat alis
Ac primum Siculis magnum producet ab oris
Laomedontiaden : vndiſqꝫ ⁊ turbine ſęuo
Aufert in lybien . quem dido ignara futuri
(Sic placitum ſuperis) animoqꝫ domoqꝫ receptet
Reginęqꝫ hoſpes diri commenta Sinonis
Mendaces graios : vane periuria gentis
Et populata malis neptunia pergama flammis
Se quoqꝫ iactatum referet terraqꝫ mariqꝫ
Illa auidis bibet ignem oculis . noctemqꝫ diemqꝫ
Nutriet infelix veſanum pectore amorem
Venatu tandem in medio Saturnia nimbum
Pronuba diffundet . ſoloqꝫ hymeneus in antro
Affuerit : nullaſqꝫ faces moeſtum afferet omen
Fulgoreſqꝫ dabit nymphis vlulantibus aether
Ipſe iouis monitu Aeneas rurſum ire per vndas
Cogetur vento : rurſum itala querere regna
Surgentem auſoniae ſolo impoſiturus Iulum
At phoeniſſa regum ſaeuo furiata dolore
Inſcendet moritura . truceſqꝫ in vota vocabit
Eumenidas . mox ⁊ phrygium pro triſtia dona
Ah niueum per pectus aget miſerabilis enſem
Diſcolor interea Taurino combibet ore
Iris aquas . iterumqꝫ antris effundet apertis
Hippotades hyemem . ⁊ rapidis ruet ęquora ventis
Xancleas iterum feſſi eycientur ad oras
Troes . ⁊ hoſpitio fidi accipientur Aceſtae
Hic patris ad tumulū ſolemnis ordine pompas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Dux feret: ac meritos celebrabit littore ludos
Tum pelagus relegens amiſſo pręſide puppis
Vix tandem euboica lachrymans potietur harena
Atqꝫ vbi fata deum viuacis ab ore Sibyllę.
Hauſerit infernas etiam deſcendet ad vmbras
O pietas: maneſqꝫ petet per auerna paternos
Romanoſqꝫ ſuos lethei ad fluminis vndam
Conferet, ⁊ magnos gaudens cognoſcet Julos
Paciferumqꝫ ducem: fuluo cui pulchra metallo
Sęcla fluent. cui preſſa graui pede bella iacebunt.
His letus porta ad ſocios euadet eburna
Dux anchiſiades. tuſcumqꝫ enabit ad amnem
Nec dum parta quies. reſtat bella aſpera. reſtant
Et craſſus multo ſtagnabit funere thybris:
At tibi Caſtaliis remouentur pectora lymphis
Care nepos. nunc nunc ingenti eſt ore ſonandum
Grande opus a tergo: quis enim alto euincere cantu
Clamoreſqꝫ virum: atqꝫ hinnitus ſperet equorum
Tu tamen euinces licitum tibi maxime vatum
Arma. acies: furias. martem ipſum ęquare canẽdo
Jam volans ſuperas alecto impune per auras.
Tartareum canit: ⁊ reſides ſtridentibus hydris.
Inſtimulat: dux ipſa manu Saturnia ſęua
Clauſtra quatit belli. poſteſqꝫ irata refringit
Jam latię coiere manus: domat aſpera duris
Ora lupis ſonipes. facileſqꝫ in puluere giros
Flectit equos. ipſe alpino de vertice ſiluę
Precipitant. auide phrygios haurire cruores.
Jam raſtri pondus rigidum diffingit in enſem
Cedis amor. verſis abeunt in pila ligones

Attritusqꝫ caua mutatur caſſide vomis
Jamqꝫ aurem horriſono rumpunt fera claſſica bombo
Armorumqꝫ minax preſtringit lumina fulgor
Dumqꝫ alacres ſecum in matrem Cytherius hero
Arcadas: ⁊ miſſum auſpicio Pallanta ſiniſtro
Audacem puerum: melioraqꝫ fata ſequutos
Tyrrhenos rapit: ⁊ tantis accingitur auſis
Ecce furens rutilus: ſeuoqꝫ inſtinctus amore
Ne quicquã in phrygiam iaculatus lampada claſem
Miratur ſubitas pelago conſurgere nymphas
Nec minus irrumpit caſtris: altamqꝫ cruentus
Dat ſtragem: fluuioqꝫ euadit letus amico.
Ultor adeſt: ſociosqꝫ exponens littore tuto.
Auſpicium belli: maternis fulgurat armis
Dardanides: totaſqꝫ in pugnam exſuſcitat iras
O qui ſudor equis. qui ſe alto in puluere reges
Turbabunt. quanto exurget rubra ſanguine tellus
Nec tuus haſta deus. nec te tua dextera forti
Merenti leto eripiet: viſqꝫ effera mentis
Sed conſors nato accedes tumuliqꝫ. necisqꝫ:
At tuo quo nimio ſpoliorum: ⁊ laudis amore
Inconſulta tuis. quin ſeuas bellica virgo
Inſidias prius: ⁊ venientem reſpicis haſtam
Tuqꝫ miſer pone o rapti mala gaudia baltei
Et ceſi exuuias pueri: inuidiamqꝫ deorum
Turne caue. dabis heu poenas. dabis improbe ⁊ iſtam
Euandro debes animam: atqꝫ vltricibus vmbris
Sic tandem iliacas properans penſare ruinas
Ad teucros feſſis reuolat victoria pinnis
Grande tamen vobis leti ſolamen honeſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Magnanimiq; heroes nati foelicibus aſtris
Afferet Aonius iuuenis .cui dia canenti
Facta virum totis pariter preconia linguis.
Soluet fama loquax: cui dulci ſemper ab ore
Roſcida mella fluent: cuiuſq; acheloia Siren
Geſtiet innocuo diuina poemata cantu
Flectere. cui blandis inſidet Suada labellis
Cui decus omne ſuum cedet ſtupefacta vetuſtas:
Ipſa illi quem vix ducibus largiris honorem
Sponte feres: totoq; aſſurges Roma theatro
Hec vbi veridico fudit dę pectore Manto
Compoſuit vultū: teneroq; arriſit alumno
Oſculaq; ore legens ſacrum inſpirauit amorem.
Afflauitq; animum: tenueſq; receſſit in auras
Plauſerunt hilares ad tanta oracula muſę.
Plauſerunt nymphę. quiq; alto e vertice montis
Affuerat: capripes concuſſit cornua faunus.
Et triplices carmen ſcripſere adamante ſorores.
Vos age nunc alacres certatim ethruſca iuuentus.
Aonijs operata ſacris accurrite mecum
Dędala perpetui viſum monumenta poete
Qualia nec caſtę peplis intexta mineruę
Solemni veteres luſtro explicuiſtis Athenę
Picta rubro quotiens animantur prelia cocco
Nec vetus immenſum fuerint: que ſparſa per orbem
Gloria: ſeptena celebrat ſpectacula fama
Nam neq; belligeris Babylon pulſata quadrigis
Moenia: nec liquido pomaria pendula coelo.
Conferat: aut dextris conſtructa altaria Delos
Cornibus: aut vaſti molem Rhodos aut ea phoebi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Non cares Mauſole tui celamina buſti
Ph:diacum non Elis ebur:non ipſa ſuperbas
Pyramidas iactet laſciui lingua Canobi.
Namqꝫ hęc aut valido Neptuni quaſſa tridentis
Aut telo Sumane tuo traxere ruinam
Aut trucibus nimbis:aut irę obnoxia Cauri
Aut tacitis lenti perierunt dentibus ęui
At manet ęternum:⁊ ſeros excurrit in annos
Vatis opus.dumqꝫ in tacito vaga ſydera mundo
Fulgebunt.dum ſol nigris orietur ab indis
Prę:ia luciferis aderit.dum curribus eos.
Dum ver triſtis hyems:autumnū profe et ęſtas
Dum fluet ſpirans.refluetqꝫ reciproca Thethys
Dum iuxta alternas capient elementa figuras
Semper erit magni decus immortale Maronis
Semper inexhauſtis ibunt hec flumina venis
Semper ab his docti ducentur fontibus hauſtus
Semper odoratos fundent hec gramina flores:
Unde pię libetis apes.vnde inclyta nectat
Serta comis triplici Juuenalis gratia dextra
Et quis io iuuenes tanti miracula luſtrans.
Eloquij:non ſe immenſos terręqꝫ:mariſqꝫ
Proſpectare putet tractus.hic vbere largo
Luxuriant ſegetes.hic mollia gramina tondet
Armentum.hic lentis amicitur vitibus vlmus
Illinc muſcoſo tollunt ſe robora trunco
Hinc maria ampla patent.bibalis hoc ſqualet harenis
Littus.ab his gelidi decurrūt montibus amnes
Huc vaſtę incumbunt rupes:hinc ſcrupea pandunt
Antra ſinus.illinc valles cubuere reductę:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Et diſcors pulchrum facies ita temperat orbem
Sic varios ſeſe in vultus facundia diues
Induit. ⁊ vaſto nunc torrens impete fertur
Fluminis in morem. ſicco nunc aret in alueo:
Nunc ſeſe laxat. nunc expatiata coercet
Nunc inculta decet. nunc blandis plena renidet
Floribus interdum pulchre ſimul omnia miſcet
O vatum precioſa quies. o gaudia ſolis
Nota pijs: dulcis furor: incorrupta voluptas
Ambroſieq; deum menſe. quis talia cernens
Regibus inuideat. mollem ſibi prorſus habeto
Veſtem. aurum. gēmas. tm̄ hinc procul eſto malignū
Vulgus. ad hec nulli perru mpant ſacra profani

Finis

Impreſſum Dauentrie Per me Richardum paffraet Anno M.CCCCC.vi. quinto die menſis Maij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Henricus Adrollus

Si vis esse certus de bona vita age penitenciam dum sanus es
si autem infirmitate penitenciam egeris vitam tuam sanare non
possumus. Orandum est ut sit mens sana in corpore sano

Sacerdos [illegible]

Sacerdos noster

[illegible] fideles sacerdos noster

[illegible]

[illegible]

Lex effecta est de hoste I sunt nos

Henricus Adrollus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Ita est conuenit enim cum verbo eius in persona et numero: Cum substantiuo adiectiuum in genere numero et casu: Relatiuum cum antecedente in numero genere et persona

Quid exigentia?

Hec ponitur potissimum circa casus quando nomen vox aliqua cum genitiuo datiuo accusatiuo et ablatiuo construitur absque tamen generis numeri persone et casus concordia

Sed quibusmodi ne exigunt orationis partes?

Omnino solum enim verbum tale est ut ante se casum exigat. Nomen vero: pronomen verbum participium preposicio aduerbium interiectio post se casum regunt exigunt[que]. Coniunctio autem proprie nihil exigit.

Sed quid iam dicebas delectum

Delectum in singulis pono orationis partibus apte et pro sermonis proprietate coniungendis

Quid de reliquis ordo

Tracit ut ne quid aliqua loco suo desit sed omnia incontextis eo sint ordine quo certa et dilucida existat sententia. Haud parum enim refert quo loco dictio quaeque posita sit

Sintne ut instans fieri solet generalia quedam insinuari?

Oportune dum mones occurrunt esse quinque generales regule

P

Nulla dictio sola constructionem vnquam efficiat

Secunda

Nulla dictio ita in oratione est libera quin aliqua constructionis teneatur lege

Tertia

Dictio quelibet aut reget aut alterius subiecta est imperio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

Contulit Henricus Agrippinensis aldus
Hunc librum nostro sponte monasterio
Induit ut sacram benedicti ordinis parmam
Pro quo quisque legis dic requiem libro
Anno milleno quingenteno quoque seno
Atque uno dm/

coniunctiue dictiones aut transitiue aut intransitiue Quinta
Verbo sine verbo finito in oratione ~~consistere~~ requirit.
quare cum non adest subaudiendum est consistere
Verbum finitum sine nominatiuo stare non potest. subintelligendum est similiter quociens abest
Septima
Adiectiuum sine substantiuo stare non potest
Octaua
Relatiuum sine antecedente et verbo proprio diuerso ab antecedentis verbo in oratione stare non potest
Nona
Duo verba in eodem sensu quorum neutrum sit modi infinitiui sine particula coniungente non possunt consistere que tamen particula sermonis consuetudine saepe non requiritur Decima
Prepositio sine casu esse non potest

Gab

Ego cuius persone prime quarel

Quia significat rem de se loquentem Ut ego lego

Secunde quia significat rem ad quam fit sermo Ut tu scribis

Tercie quia significat rem de qua fit sermo Ut ille cantat

Quatuor sunt declinaciones in pronomine

Prima est que mittit genitivum in i vel in is et dativum in i et sunt tria ego tu sui Secunda est que mittit genitivum in ius communiter et divisum et dativum in i Ut ille illius illi tibi huius Et sunt quinque ille ipse iste hic is Tercia que mittit genitivum in i vel ius et dativum in o vel ius

Domine qui ego
Domine labia

Et sunt quinque scilicet meus tuus suus noster vester

Quarta est que mittit genitivum in atis et dativum in ati Ut nostras nostratis nostrati Et sunt duo gentilia scilicet nostras et vestras

Dea rera deficiunt vocativo sed nominativum casum regit
... carent quinto ... nominativum ... in ius
... vocativum habent

Sed quintum casum dant totus solus et unus

ndo cuiq. nec manumittendo
nientia. quicq fac.
o. i dña pprietatis. usu fruc
subtu. certa annua pra
ctis ei q locauit. 7 iure udi
ganda.
morte finit. nec pprietate
rit. legando eum uendica

mbiguitate antiqui iuris
nus. si quis uxori mat sue. siue
reliquerit. sub eo tpr. i q
lius puenit. stare usum
quo testator statuit. siue p
ositu e. ad eã puenit. siue
is psperit. s; ad certa eu
s fructus legatus e. ab hac
Tc 7 ij. ad possibilitate usu fru
entus possibile. cum mor
s extingui. iuris dubita
it incta códitio. donec i
quisq remansit. t in simili
it incerto sit. sic resupuit
b dictu e. t códitio exstitit.
in aut adhuc in furore
e quasi in usu fructuarii
re usu fructu ap eum.
usq; ad oim e uite tps usu
ã inte uenire furente. t
humanissimu e. ad uitã
sti. queadmodu 7 ij. si
ari. aut cópleta códitioe

so. omne huiusmi dubitatione re
habitatione q reliquit. q. adh
declinare sententiã nobis uisu e.
rio 7 locationis licentiã. quid n
ipe maneat legatarius. siue ali
mercede accipiat. 7 multo mag
tiones usu fructu reliquit. cui 7 m
litati satis factu esse uideat. noie
addito. In tantu 7 ij. uale habita
lum. ut n antecellat usu fructu.
habitationes sperent legatarius. n
dentissimis spbationib; legarius po
dit. 7 dnm ei domus esse relictu.
tati testatoris p oïa obediendu e
cisione locu hre censem' in oïb; n
habitatio cóstitui pot.
D. a. iiii. pp Antiquitas dubitaba
fundu. t ani lare cuidã testamto reli
tenus usus fructus ap hrdem maneat
ini cóstat legatui. 7 cu qdã inutile legu
istimabant. quia usus fructus numq
dit pprietate. s; semp ap hrdem manet
h existimabant. qr 7 secds hres 7 deincep
res unius esse uident. 7 n pot huiusmi u
sedm ueterem distinctione solitis modu
Alii aut huiusmi legatu n esse respuen
mauunt. tales altercationes decident
um. huiusmi legatu firmu ee. 7 tale
fructu una cu inde finiri. 7 illo mor
alns legitimus mis eum admittite.
quare iste usus fructus ē tale uendica
giu. ut agnali in emptioe usus fruct

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [2]

huiusmi dubitatione tres sententi
ant· vnaque dicebat· ex parti
natioe serui · totu usu fructu di
a aut in tantu usum fructu di
quantu seruus alienatur· Tertia
ebat parte q serui posse alienai·
aut totai ap eum remanere· q aut
olidu habebat· Nouissima sen
mu auctor ... scientie saluii
sse inuenim· Nobis aut h decidn
tatt saluii iuliani admitti senten
qui in eade fuat opinione quib;
usu e· n interemptione usus fruct
esse· s; magis retentione· quaten
serui alienet· tn nec pars usus fruc
at· s; maneat· sedm sui natura· in
; incorruptus· 7 queadmodu ab
rus ita coseruet· ex huiusmi casu nul
at in·

l· pp· orruptione usus fructus mul
uetib; placuit· t morte usu fruc
· t capitis diminutioe· t n utendo·
uib; oa modis n ignotis· s; de usu fruc
ndubitatu fuit· de psonali aut actioe
usu fructu nascetur· siue in stipulati
us fructus deducet· siue ex testamto
unie dubitabat· morte q usu fructu
capitis diminutioe eam tolli omib;
tib; n utendo aut · si p annu t bien
esitan· cum de usum fructu n accipiat
t usus fructuarius· si psonalis actio
· attcantib; · S; nos h decidentes·

re t absente exclude· S; ne
minutione huiusmi de
tuimus subiectis q
qui usu fructu habebat·
culto· u nec usus fructus a
possessum eu pemancipa
s; sedm q distinctu e·
cu usu fructuarius t res p
cu anima· t rei suba exp
onis uigor reclamauit·
tali diminutione· que t
mana possit adune· 7
ereptus· ad sua pprietate re

D· a· iohi· pp· x ubri
tio relata e· p qua dubi
p seruu acquisitus· t p f
minutioe filii magna·
mancipatione· t serui q
morte· t manumissio
mane· 7 io sancimus
neq; si seruus· t filius fa
cidit· interrumpi pat t
p eos acquisitus e· s; ma
pat capitis diminutio
sus fuit· t morte abac
fructu pire· s; ap filiu
tre n relinquatur· V
quisitu· ap eu remane
tate oportet· cu plerum
testatore 7 cotemplatio
patris· usu fructu ei relin
orp· aut· a· calphurn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

Mathias Farburg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]